UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Index Veritatvm In Singvlos Dies, Secvndæ Partis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

Visual Library

# INDEX VERITATVM IN SINGVLOS DIES, SECVNDÆ PARTIS.

## DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

*De otioſis operariis in vineam miſsis.*

Sicut nemo otioſus in vinea, ſic nemo benè operatur, niſi otioſus. 1.

Nullus eſt labor, niſi ſit in vinea Domini, & in vinea Domini nullus eſt labor. 3

*An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?*

Qua parte peccator à ſe timorem Dei excutit, eadem Deus peccatori timorem magis incutit. 4

*Multi ſunt vocati, pauci verò electi.*

Quæ cauſa eſt cur pauci ſalvi ſint, hæc in te cauſa eſt, cur ex illis forte non ſis. 5

Aliæ his affines veritates indicantur.

*Hac hebdomade inchoatur hiſtoria Paſsionis Domini, à concilio Iudæorum contra Ieſum; in eaque pergitur ad illum ſermonem, quem peractâ cœnâ Dominus cum Diſcipulis ſuis habuit.*

FERIA 2. *De conſilio Iudæorum contra Dominum, ubi Iudas proditionem ſuam aperuit.*

Quid nequius, quàm quod excogitavit caro & ſanguis? *Eccleſ.* 17. 10

FERIA 3. *De cæna Paſchalis Agni ſecundùm legem moremque Iudæorum, qui de lege violata Chriſtum indeſinenter accuſabant.*

Voluntatis eiuſdem eſt, nolle afferre ſcandalum: & ſufferre velle, ſi quando pravè accipitur. 12

FERIA 4. *De lotione pedum.*

Qui ſe Chriſti exemplo non humiliat, exemplo Dæmonis humiliabitur. 15

FERIA 5. *De inſtitutione ſanctiſsimi Sacramenti.*

Ingratus eſt tanti beneficii, qui ſe tantùm ex parte immolat, ſe totum immolante Chriſto. 17

FERIA 6. *De proditione Iudæ manifeſtata à Chriſto Domino.*

Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. 1. *Cor.* 10. 20

SABBATO. *De contentionne honoris inter Apoſtolos orta.*

Licet obtineres quodam bis, non eſſet contendendum: at verò licet contendas, non obtinebis. 22

---

## DOMINICA SEXAGESIMÆ. *De parabola ſeminis ſeminati in terram, cuius tres partes ſunt infructuoſæ.* Semen eſt verbum Dei.

Niſi verbum Dei te convertat, tu pervertes verbum Dei. 25

*De primo impedimento verbi Dei.*



Quæ

Quæ pœna timenda eſt in non ſervato depoſito, hæc eſt timenda in verbo Dei ſecus viam expoſito. 27
*De ſecundo impedimento verbi Dei.*
Qui ad tempus credunt, nullo credunt tempore. 29
Qui temporales ſunt, nullius ſunt temporis. 29
*De tertio impedimento Divini verbi.*
Inordinatæ ſolicitudines ita nocivæ ſunt, ut illud ipſum Chriſti verbum, quo dicuntur alia Dei verba ſuffocare, ſuffocent. 31
*De patientia, quæ ita neceſſaria eſt ad ferendum fructum, ut nullus alioquin feratur.*
Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. Iob. 6. *Id eſt*, qui timent laborem in audiendo Dei verbo, incident in majorem: quantoque minus pati voluerint, ut referant fructum, tantò magis patientur ex defectu fructus. 33
Aliæ conformes Evangelio veritates producuntur. 35
*Hac hebdomade, de Sermone Domini poſt cœnam cum diſcipulis habito, ad eos roborandos in adverſis.*
FERIA 2. *De futuro Petri lapſu, à Chriſto Domino prænuntiato.*
Nimia firmitas, infirmitas. 36
FERIA 3. *De cavenda perturbatione animi in adverſis.*
Quod Chriſtus ſemel ſuis, hoc in omni ſemper caſu, tibi dicit, Non turbetur cor tuum. 37
FERIA 4. *De Chriſto D. ut eſt exemplar conſtantiæ, & via vera ad perfectionem.*
Melius eſt in via claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare. S. Aug. 39
FERIA 5. *De charitate ſimul & conſtantia conjungendis ad tolerantiam adverſitatum.*
Sic charitas & conſtantia ſimul junctæ conſtant, ut niſi ſint ſimul junctæ, non ſibi conſtent. 42
FERIA 6. *De prævidendis adverſitatibus.*
Quantùm obeſt adverſitas improviſa, tantùm præviſa prodeſt. 44
SABBATO. *De oratione in nomine Salvatoris facienda, ad petendum ſubſidium in adverſis.*
Nulla in adverſis conquerendi eſt ratio, aut nulla erit conquerentis oratio. 46

## DOMINICA QUINQUAGESIMÆ. *De cæco illuminato à Chriſto D. poſt colloquium de ſua paſſione habitum cum diſcipulis.*

Cæcutientibus in via perfectionis, lux perfecta Chriſtus patiens. 48
*Contra impietatem temporis.* Gladium evaginaverunt peccatores.
Quibus armis impietas hoc tempore propugnatur, iiſdem expugnatur. 50
Nihil unquam Chriſtiana Religio paſſa eſt gravius, quàm quod à Chriſtianis modò patitur. 56
Nonnullæ aliæ deſignantur conſimiles veritates. 60
*Hac hebdomade veritates eruentur ex illa oratione, quam Chriſtus D. ad Patrem habuit in cœnaculo, & quæ refertur Ioan. 17. ad præparandos affectus, qui frequentius occurrunt exercendi meditando paſſionem Domini.*
FERIA 2. *De zelo clarificandi Chriſti Domini.* Clarifica filium tuum.
Scientia ſine zelo, arma ſine milite: zelus ſine ſcientia, miles ſine armis. 61
FERIA 3. *De noſtra ſubjectione ſub poteſtate Chriſti.* Dediſti ei poteſtatem omnis carnis.
Quo magis Chriſto ſubiicimur, eò magis erigimur. 62

FERIA 4. Quæ eſt Cinerum. *De perfecta imitatione Chriſti Domini in adimplenda Dei voluntate, ſicut ille fideliter eam conſummavit*: Opus conſummavi.

Non quidquid Chriſtus egit, ſed quomodo. 64

*Pro Feria Quadrageſimali.* Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.

*Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

Mortificandis concupiſcentiis opportuna mortis memoria. 66

Quæ viventi res fuit gratior, hæc fiet morienti gravior. 70

Ut vita mortem ordinat, ſic mors vitam. 71

*Cum jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.*

Magis modò peccant, qui ne boni appareant hominibus, non jejunant; quàm olim triſtes hypocritæ, qui ut boni apparerent, jejunabant. 73

FERIA 5. *De cavendo mundo, pro quo Chriſtus non orat.*

Quà latè patet Mundus, nihil eſt uſpiam ita contemnendum & cavendum, quàm quod intus in te uno latet, Nempe concupiſcentia, quæ facit mundum. 77

*Ad Evangelium Feriæ, de commendata Centurionis fide, ac ſanato eius ſervo.* 79

FERIA 6. *De vera ſanctitate, quam ſuis Chriſtus orat.* Sanctifica eos in veritate.

Qui te à ſanctitate acquirenda excuſas, ex aliis acquiſitis bonis te condemnas. 79

*Ad Evangelium Feriæ, De diligendis inimicis, & de juſtitia noſtra non facienda corã hominibus.* 82

SABBATO. *De efficaci deſiderio & cura ſalutis per media ordinata, ſicut illam deſideravit & curavit Chriſtus mediator noſter, qui propterea dicebat Patri,* Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, *&c.* 83

Si ordinatis ad ſalutem mediis non uteris, mediatore Chriſto abuteris.

*Ad Evangelium Feriæ, de diſcipulis laborantibus in remigando.* 85

## *DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.*

*De ſolitudine, jejunio & tentationibus Domini. De his ſeorſim, nec non de triplici tentatione, quâ impetitus fuit Chriſtus à dæmone, multa convenienter producuntur. 171. In quibus, quæ contra tentationes maximè generalis & ſingulariter opportuna eſt Veritas, declaratur fuſiùs.*

Si tentatorem permiſeris ingredi, non ſe permittet egredi.

Facilius excluditur quàm eiicitur. 87

*Hac hebdomade de internis Chriſti doloribus, quos in monte olivarum vehementius ipſe in animo ſuo concitavit.*

FERIA 2. *De triſtitia Domini.*

Qui cum Chriſto dolente non dolet, nec cum ipſo gaudente gaudet. 89

*Ad Evangelium Feriæ, de extremo judicio, ac de operibus miſericordiæ.* 91

FERIA 3. *De timore, anxietate, & agonia Domini.*

Ab imitando Chriſto excuſantis humanã infirmitatẽ infirma eſt & nulla excuſatio. 92

*Ad Evangelium Feriæ. De Domini ingreſſu in civitatem & in templum, unde vendentes eiecit.* 94

FERIA 4. *De compaſſione Chriſti erga homines, & de noſtra erga ipſum.*

Fruſtra te Chriſti miſeret, niſi te tui priùs miſereat. 95

*Ad Evangelium Feriæ. De ſcribis petentibus ſignum è cælo, quibus Ninivitæ opponuntur, &c.* 96.

FERIA 5. *De dolore Chriſti ex perituris & dãnandis hominibus, pro quibus fruſtra paſſurus erat.*

Quantò te ipſum negligis, quaſi non eſſes cum cæteris periturus, tanto te Chriſtus doluit præ cæteris perituris. 97



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ad Evangelium Feriæ. De Cananæa.* 98

FERIA 6. *De confuſione Chriſti propter iniquitatem omnium noſtrum quam Deus in eo poſuit.*

Quæ in malo bona eſt confuſio, in bono mala. 99

*Ad Evangelium Feriæ, De ſanato paralytico in piſcina.* 101

SABBATO. *De dolore contritionis, quem Chriſtus D. ſenſibilem habuit.*

Vera contritio dolorem ſenſibilem nec includit nec excludit. 10

*Evangelium Feriæ, idem eſt ac ſequentis Dominicæ.*

## DOMINICA 2. QUADRAGESIMÆ

*De Transfiguratione Domini.*

*Ad præcipuas Evangelii partes applicantur propriæ veritates.*

*Hæc inter alias ex colloquio Domini cum Moyſe & Elia de exceſſu, quem completurus erat in Ieruſalem, fuſiùs exponitur.*

In die bona, niſi memores mala, non erit dies bona.

Et in die mala, ſi memores bona, non erit dies mala. 105

*Hac hebdomade, quidquid in olivarum horto, dum capitur à Iudæis Dominus, geſtum aut dictum fuit, recenſetur.*

FERIA 2. *Diſcipulis à ſomno excitatis, appropinquantem paſſionis horam & traditorem Chriſtus denuntiat.* Ecce appropinquavit hora. 107

Si dum adeſt occaſio, virtus abeſt: vix unquam virtus aderit. 108

*Ad Evangelium Feriæ.* In peccato veſtro moriemini.

FERIA 3. *Suavitas & manſuetudo Domini proditorem ſuum alloquentis.*

Quò quis eſt mitior, eò eſt generoſior. 110.

*Ad Evangelium Feriæ.* Super cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ, &c.

FERIA 4. *Procedit Ieſus obviam ſuis inimicis, eoſque proſternit,*

Qui ſupra mortem eſt, infra ſe videt omnia. *Id eſt,* qui ſic paratus eſt pati & mori, ut Dominus; ſic ſibi mortem & adverſa quæque ſubſternit, ſicut ille ſuos proſtravit inimicos. 113

*Ad Evangelium Feriæ, de Matre filiorum Zebedæi.* 115

FERIA 5. *Gladio ſe defendi vetat Chriſtus, cùm ſit paratus bibere calicem ſibi à Patre datum.*

Quo in cælis corona gloriæ ſumetur vultu, hoc in terris calix ſumendus eſt. 116

*Ad Evangelium Feriæ. De divite Epulone, & de mendico Lazaro.* 118

FERIA 6. *Scripturas adimplendas verbo & exemplo docet Chriſtus.*

Si propter ſcripturas ſunt adverſa toleranda, ſunt libenter toleranda. 119

*Ad Evangelium Feriæ. De parabola vineæ locatæ malis agricolis.* 120

SABBATO. *Sinit ſe Chriſtus capi & ligari.*

Sicut ex neceſſitate virtus, ita ex virtute neceſſitas. 121

*Ad Evangelium Feriæ. De filio prodigo.* 123

## DOMINICA 3. QUADRAGESIMÆ.

*De Chriſto ejiciente dæmonium.*

*Poſt multas ad unamquamque partem Evangelii productas veritates, hæc ad verba Chriſti. Qui non eſt mecum, contra me eſt, fuſiùs declaratur.*

Quod

Quòd difficillimè credetes, te contra Chriſtum eſſe; hoc eſt facillimum creditu, ſi Chriſto credis. 124
*Hac hebdomade, conſiderantur quæcunque geſta ſunt per totam noctem apud Pontifices, uſque ad matutinum diei ſequentis, quo Chriſtus ad Pilatum eſt adductus.* 126
FERIA 2. *Chriſtus alapam infligenti mira manſuetudine loquitur.*
Quantùm fas eſt ira loqui, tantùm ex ira nefas. 127
*Ad Evangelium Feriæ. De prima Chriſti D. prædicatione in civitate Nazareth habita.* 128
FERIA 3. *Chriſtus falsò accuſatus nihil reſpondet.*
Qui loquendo vincereris, ſilendo vincis. 129
*Ad Evangelium Feriæ. De correctione fraterna & remittendis ſemper iniuriis.* 130
FERIA 4. *Chriſtus adjuratus à Caypha, profitetur ſe filium Dei.*
Qui audaciùs loquitur inferiori, timidiùs Superiori loquetur. 131
*Ad Evangelium Feriæ. De laudando corde potius quàm manibus.* 133
FERIA 5. *Chriſtus tota nocte apud Pontificem, iniuriis exponitur.*
Cæteræ pugnant virtutes, ſola vincit perſeverantia. 134
*Ad Evangelium Feriæ. De ſocru petri periclitante, ſanata à Chriſto Domino.* 135
FERIA 6. *Chriſtus negantem ſe Petrum benignè reſpicit.*
Læſi amoris ira, quò eſt ſuavior, eò eſt potentior. 136
*Ad Evangelium Feriæ. De Samaritana.* 137
SABBATO. *De Iuda proditore, miſerrimè pereunte: & de miro Chriſti ſilentio circa huius interitum.*
Qui ruinâ gaudet inimici, ruinam ejus in ſe trahit. 138
*Ad Evangelium Feriæ. De Muliere adultera.* 139

## DOMINICA 4. QUADRAGESIMÆ.

*De quinque panibus multiplicatis, &c.*

*Multis Evangelii partibus multæ ſubiiciuntur veritates, quas inter, quòd Chriſtus ſe volentes Regem facere fugerit; hæc ſingulariter declaratur.*
Qui ſectatur honores mundi, quos fugit Chriſtus, à Chriſto fugit ad mundum. 140
*Hac hebdomade, quidquid Chriſtus D. paſſus eſt, ex quo deductus fuit à Iudæis ad Pilatum, uſque ad eius condemnationem: ubi de ferendis præſertim opprobriis agitur.*
FERIA 2. *Chriſtus Pilato à Iudæis præſentatus & accuſatus.*
Qui ſibi innocenti factam injuriam nimis dolet, ſuæ ipſe innocentiæ injuriam facit. 142
*Ad Evangelium Feriæ. De eiectis è templo venditoribus & nummulariis.* 144
FERIA 3. *Chriſtus ab Herode ſpretus.*
Quem pro Chriſto ſperni pudet, Chriſti pudet. *ibid.*
*Ad Evangelium Feriæ. Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat.* 146
FERIA 4. *Chriſtus Barrabæ comparatus & poſtpoſitus.*
Quò quis inferior eſt in ordine hominum, eò ſuperior eſt in Chriſti ordine. 147
*Ad Evangelium Feriæ. De cæco nato.* 149
FERIA 5. *Chriſtus flagellatus.*

Quæ duo infidelem à Chriſto avocant, dolor & ignominia, fidelem ad Chriſtum vocant. *ibid.*
*Ad Evangelium Feriæ. De Adoleſcente mortuo ſuſcitato in civitate Naim.* 151
FERIA 6. *Chriſtus per ludibrium Rex & homo dictus.*
Sic prudenter cavendum, ne vituperetur miniſterium tuum; ut ſi nimis id caves, non ſatis caveas. *ibid.*
*Ad Evangelium Feriæ. De Lazaro infirmo, mortuo & ſuſcitato.* 153
SABBATO. *Chriſtus à Pilato, ex humano reſpectũ, condemnatus ad mortem;*
Humanus reſpectus, inhumanus Chriſti deſpectus. *ibid.*
*Ad Evangelium Feriæ.* Ego ſum lux mundi, *&c.* 155

# DOMINICA PASSIONIS.

## VEXILLA REGIS PRODEUNT.

Nemo cum Chriſto candidus, niſi ſit ſimul rubicundus.
Nemo effectu candidus, niſi ſit affectu rubicundus.
Nemo actu ſatis purus, niſi actum puritatis ſuo ſit paratus tueri ſanguine, contra quodvis peccatum. 156
*Circa Evangelium* (Quis ex vobis arguet me de peccato) *Multæ ſunt aliæ veritates.* 158
*Hac hebdomade, quidquid à prætorio Pilati uſque ad crucifixionem in Calvariæ monte geſtum eſt.*
FERIA 2. *Chriſtus oblatam à Iudæis crucem accipit.*
Non quæſitæ cruces ſunt magis exquiſitæ. 159
Huic aliæ quædam ſubnectuntur.
*Et ad Evangelium Feriæ.* Quæretis *me & non invenietis,* 160
FERIA 3. *Chriſtus impoſitam tollit crucem: & depoſitam ſinit Simoni poſt ſe tollendam.*
Qui ſibi ſuas ſolus aptat cruces, vix unquam aptas efficiet. 162
*Ad Evangelium Feriæ. Dixerunt ad Ieſum fratres eius, tranſi hinc, & vade in Iudæam, &c.* 163
FERIA 4. *Chriſtus ad ſe ſequentes & ſe plangentes converſus, futuras denuntiat pœnas non pænitentibus.*
Crux interdum quidem à corpore, ſed nunquam ab animo deponenda. 164
*Ad Evangelium Feriæ. Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam, &c. De ovibus Chriſti.* 166
FERIA 5. *Quatuor dimenſiones Chriſti crucis & noſtræ.*
Qui à cruce ſuas tollit dimenſiones, tollit à ſe ſuam crucem. 167
*Ad Evangelium Feriæ, de Muliere peccatrice, ſeu Magdalena pœnitente.* 168
FERIA 6. *Chriſtus cruci affigitur*
Quod petenti Chriſto juxta crucem non ſnegaſſes, hoc à te ſemper petit, hoc illi ſemper debes, hoc illi nunquam negandum. 169
*Ad Evangelium Feriæ. De Iudæorum conſilio contra Dominum: Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo.* 171
SABBATO. *Chriſtus in cruce illuſus.*
Quod novo negatur homini contra veterem: hoc indulgetur veteri contra novum. 172

*Evangelium Feriæ. De celeberrimo illo ingreſſu Domini in civitatem Ieruſalem, De quo jam ſuprà, & ſequenti Dominica commodiùs.*

*Hac ſancta hebdomada, de ſeptem Chriſti verbis in cruce prolatis, ad perfectam omniũ renuntiationẽ.*

## DOMINICA PALMARUM. DE ILLUſtri palma & triumpho, quem Chriſtus Dominus refert ex inimicis, & qui exprimitur in primo verbo in cruce prolato, Pater dimitte illis.

Illuſtrior de inimicis palma eſt, mori pro eis ne moriantur, quàm ipſis perditis triumphare. 174

*Quæ de hodierno ingreſſu & triumpho Domini poſſunt alia memorari.* 176

Præſertim verò, duo hæc, declarantur expreſſiùs.

Lachryma, paſſionis Chriſti vicaria. 177

Hoc ſacrum tempus Criſis eſt æternitatis. 178

FERIA 2. *De ſecundo Chriſti verbo ad Latronem.* Hodie mecum eris in Paradiſo. *Et de ea renuntiationis ſpecie, quæ ſpectat uſum ſuæ poteſtatis.*

Impietatis genus eſt, pietatis cultoribus nimis commune, plura, quàm poſſint, velle facere; & quæ poſſint, non facere. 182

*Ad Evangelium. De cæna in Bethania, Ante ſex dies Paſcha, vel quidvis aliud ſancto tempori opportunum.* 183

FERIA 3. *De tertio Chriſti verbo.* Ecce filius tuus, Ecce mater tua.

*Et de perfecta renuntiatione inordinati affectus erga parentes aut alias perſonas charas.*

Qui nimis ſuos diligit, non ſatis diligit. 184

FERIA 4. *De quarto Chriſti verbo*: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?

*Et de voluntaria renuntiatione cujuslibet ſenſibilis conſolationis.*

Beatius eſt carere omni ſenſibili conſolatione, quàm ea abundare. 186

FERIA 5. *De quinto Chriſti verbo.* Sitio.

*Et de interna renuntiatione deſiderii cujuslibet inordinati etiam ſpiritualis.*

Sic pia etiam deſideria debent eſſe ardentia & temperata, ut qua ratione ſunt ardentia, eâdem ſint & temperata. 188

*Quæ plura de deſideriis, de cæna* Domini, *de ſanctiſsimo Sacramento, ſeu etiam de communione, deſiderari poſſint.* 189

FERIA 6. Quæ paraſceve dicitur. *De ſexto Chriſto verbo.* Conſummatum eſt.

*Et de abſoluta conſummatione, quæ ſuperſunt in hac vita, ut conſummemur cum Chriſto.*

Aut nihil hodie ages, aut ſic ſemper ages. 189

*Item ad illa S. Apoſtoli verba*: Qui *vivunt, jam non ſibi vivant*: vel, Non *eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno.*

Nihil eſt in vitæ noſtræ uſu minus noſtrum, quàm ipſe vitæ uſus. 191

*Vberiùs verò ad hæc S. Petri.* IESVM *Nazarenum, virum approbatum à* Deo *in vobis, affigentes interemiſtis. Vel ad iſta S. Pauli.* Rurſum *crucifigentes ſibimetipſis filium* Dei, *& oſtentui habentes.*

Gravius eſt Chriſto pati à peccato, quàm pro peccato. 196

*Vbi tota Dominicæ Paſſionis ſeries percurritur.*

*Ad hæc etiam, aut ſimilia*: Curramus *ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in Authorem fidei & Conſummatorem Ieſum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sic eſt propoſitum nobis certamen in ſeptem Chriſti patientis ſtationibus, ut qui vel unam deſerat, totius militiæ ſit deſertor. 211

SABBATO SANCTO. *De ſeptimo Chriſti verbo.* Pater *in manus tuas commendo ſpiritum meum. De deſcenſu ad inferos, de corporis ſepultura. Et de poſtrema renuntiatione, quæ eſt libertatis.*

Nemo liberior, quàm qui minùs eſt liber. 217

## DOMINICA RESURRECTIONIS.

Nemo cum Chriſto mortuus, qui cum ipſo non reſurgat. 219

Nemo cum Chriſto reſurgit, niſi qui cum ipſo ſit mortuus. ibid.

*Hac hebdomade, dotes corporis, ſeu glorioſa vita Chriſti atque animæ noſtræ ſimul cum eo reſurgentis qualitates proponuntur, indeque veritates practicæ paradoxæque omnes eruuntur.*

FERIA 2. *De Immortalitate glorioſæ vitæ Chriſti, atque animæ cum eo reſurgentis.*

In morte immortalitas. 227

*Ad Evangelium Feriæ. De duobus peregrinis euntibus in caſtellum Emmaus.* 229

FERIA 3. *De impaſſibilitate Corporis Chriſti D. & animæ noſtræ ſimul cum eo reſurgentis.*

In patientia impaſſibilitas. ibid.

*Ad Evangelium Feriæ, de diſcipulis congregatis in cœnaculo, quibus apparuit Chriſtus, januis clauſis.* 231

FERIA 4. *De ſubtilitate corporis Chriſti, & animæ noſtræ ſimul cum eo reſurgentis.*

In infirmitate virtus, in impotentia potentia. 232

*Ad Evangelium Feriæ. De ſeptem diſcipulis piſcantibus.* 234

FERIA 5. *De agilitate corporis Chriſti D. & animæ noſtræ cum eo reſurgentis.*

In tarditate agilitas. 234

*Ad Evangelium Feriæ. De Maria Magdalena quærente Dominum in ſepulchro.* 236

FERIA 6. *De claritate glorioſi corporis Chriſti D. & animæ noſtræ cum eo reſurgentis.*

In tenebris claritas. 236

*Ad Evangelium Feriæ. De nobiliſſima omnium apparitione Domini, facta in monte Galileæ.* 238

SABBATO. *De plagis in corpore Chriſti reſervatis ad perpetuam memoriam.*

In oblivione memoria. 238

*Ad Evangelium Feriæ. De Petro & Ioanne currentibus ad ſepulchrum.* 240

## DOMINICA IN ALBIS.

*De iiſdem Chriſti D. plagis ad remedium infirmitatum noſtrarum reſervatis.*

In plagis ſanitas. ibid.

*De iiſdem rurſus plagis, ad hæc Prophetæ verba;* Haurietis *aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

Quantò eſt de peccato major triſtitia, tantò eſt peccatori majus gaudium de fontibus Salvatoris. 242

*Ad hæc verba Epiſtolæ, quæ hoc die legitur.* Hæc *eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.*

Quanta olim erat fidelium gloria, mundum vincere; tanta modò eſt ignominia, vinci à mundo. 244

*Ad hæc verba, quæ ex S. Petro uſurpat Eccleſia.* Quaſi *modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo.*
Infantes eſſe oportet vel bonâ vel malâ infantiâ. 247
*Hac hebdomade & tribus ſequentibus, Charitatis proprietates, quæ ab Apoſtolo referuntur, ſic ad myſteria ſive apparitiones Chriſti reſurgentis revocantur, ut his certiſſimis notis vera Charitas diſcerni poſſit ab amore proprio, ſeu zelo ſalſo & adumbrato.*
FERIA 2. *Apparet Chriſtus D. Beatiſſimæ Virgini Matri, in quâ item apparet prima Charitatis proprietas:* Charitas patiens eſt. (charitatem. 250
Quàm verè Charitas includit in ſe patientiam, tam verè impatiens excludit à ſe
FERIA 3. *Apparet Chriſtus Mariæ Magdalenæ, ubi & apparet ſecunda Charitatis proprietas:* Charitas benigna eſt.
Si quid Charitas negat, tam benigna negando eſt, quàm concedendo. 252
FERIA 4. *Apparet Chriſtus aliis mulieribus: & aliam ſuæ benignæ charitatis effectum illis cōfert*
Sæpe videtur in nobis eſſe Charitas, & eſt magis carnalitas. *ibid.*
FERIA 5. *Antequam Chriſtus appareat omnibus diſcipulis ſuis, in his apparet,* quòd Charitas non æmulatur.
Quidquid acquiras æmulando, plus perdis quàm acquiras. 256
FERIA 6. *Duo ex diſcipulis Petrus & Ioannes currentes ad ſepulchrum oſtendunt Charitatem,* Quæ non agit perperam. *Id eſt, inordinatè.*
Minima quævis inordinatio cordis immundi, major eſt maximâ quavis inordinatione hujus mundi. 258
SABBATO. *Apparet Chriſtus ſeorſim Petro & Iacobo: & in his duobus Apoſtolis apparet charitas,* Quæ non inflatur.
Humilitati tuendæ tutius eſt vix de ſe, quàm vel humiliter loqui. 260

# *DOMINICA 2. POST PASCHA.*

## EGO SVM PASTOR BONVS.

## ANIMAM MEAM PONO PRO OVIBUS MEIS.

Nihil æſtimatione ſpeculativa pretioſius anima noſtra: ſed practicâ nihil vilius 262
*Hac hebdomada, dum apparet Chriſtus D. duobus diſcipulis peregrinantibus, apparet Charitas,* Quæ non eſt ambitioſa.
FERIA 2. *Chriſtus apparens peregrinis in habitu peregrini, oſtendere incipit Charitatem minimè ambitioſam.*
Sicut vinum novum, ſic novus honor maximè temperandus. 265
FERIA 3. *De familiari colloquio Chriſti D. cum peregrinis.*
Hic aſcendit ad ſummos, qui deſcendit ad infimos. 267
FERIA 4. *Chriſtus de opprobriis ſuæ paſſionis libenter audit & loquitur.*
Quæ ſunt ambitioſo detrimenta, hæc ſunt humili lucra. 269
FERIA 5. *Chriſtus ſcripturas, quæ de ipſo erant, peregrinis interpretatur.*
Quo greſſu Charitas nobilem fugit ſuggeſtum, eodem petit ignobilem. 271
FERIA 6. *Chriſto loquente peregrinis, inardeſcunt eorum corda.*
Colloquendo de divinis, quantò magis luces quàm ardes, tantò minùs in te divina lucet charitas. 273
SABBATO. *Chriſtus Dominus rogantibus ſe peregrinis ut ſecum maneat, acquieſcit.* (275
In dubio certius eſt, & rationi conformius, aliorū rationi te conformare quā propriæ.

## DOMINICA 3. POST PASCHA. *De triſtitia & gaudio Apoſtolorum, ex abſentia & preſentia Domini.*

*Tres præcipuæ diſtinguuntur Evangelii partes, ad quas hæ diſtinctæ referuntur veritates.* Modicum *& iam non videbitis me.*

Nihil tam modicè creditur quàm modicum vitæ tempus, cum nil tamen ſit tam credibile. 277

Tale eſt pretium hujus modicæ vitæ, ut quantò majoris vitam hanc æſtimes, tantò minoris facias illius pretium. 281

Ex modico illo, quo vivis tempore, plus etiam vitæ perdis quàm vivas. 282

*Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos: Mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

Vt fur de furto, ſic mundus de mundo gaudet. 285

Non te contriſtes contriſtatus, & ipſa tua triſtitia jam vertetur in gaudium. 286

Quæ à Chriſto eſt triſtitia, magis jucunda eſt, quàm quæ à mundo jucunditas. 288

*Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

De Chriſto nos vidente plus eſſe debet gaudii, quàm de nobis Chriſtũ vidẽtibus. 289

Quantò felicius eſt illud gaudium, quod nemo à te poteſt tollere, tantò tu infelicior, qui hoc à te tollis. 290

FERIA 2. *Chriſto Domino apparente diſcipulis ſimul congregatis, apparet charitas,* Quæ *non quærit, quæ ſua ſunt.*

Charitas non quærendo ſua, meliùs invenit, quàm ſi quæreret tantò ditior, quanto pauperior. 291

FERIA 3. *Apparet iterum Chriſtus diſcipulis ſimul congregatis, preſente Thoma, ſimulque apparet charitas,* Quæ *non irritatur.*

Eſto appareant aliquæ iraſcendi cauſæ, multò tamen plures ſunt & validiores, ne (iraſcaris. 294.

FERIA 4 *Apparet Chriſtus ſeptem diſcipulis de nocte piſcantibus, ubi & apparet charitas,* Quæ non cogitat malum.

Si charitas cogitaret malum, malum de charitate cogitari poſſet. 298

FERIA 5. *Chriſtus D. Petro ſuas paſcendas oves concredit, ſimulque demonſtrat charitatem,* Quæ non gaudet ſuper iniquitate.

Gaudere ſuper iniquitate, plerumq; eſt iniquius, quàm ipſã iniquitatẽ cõmittere. 301

FERIA 6. *Chriſtus D. mittens ſuos in univerſum mundum, & promittens ſe miraculis confirmaturum, quæ prædicarent, oſtendit charitatem,* Quæ congaudet veritati.

Aut amandus tui contemptus, & te contemnenti congaudendum, aut non amanda charitas, Quæ congaudet veritati. 303

SAABATO. *De miraculis ſpiritualibus quæ Charitas Domini quotidie operatur, ut oſtendat ſe congaudere veritati.*

Sapienter ille, qui maluit liber peccato poſsideri à dæmone, quàm vel levi cum peccato liberare poſſeſſos. 305

## DOMINICA 4. POST PASCHA. *De neceſſario Chriſti diſceſſu, & in eius vicem venturo Spiritu ſancto, qui mundum arguat de peccato.*

Vado

*Vado ad eum, qui miſit me.*
Sicut à Deo, ſic ad Deum. 308
Cui veritati multæ affines adjunguntur. 309
Expedit vobis ut ego vadam.
Duæ iam alibi propoſitæ veritates huc referuntur. 310
*Si non abjero, paraclitus non veniet ad vos.*
Inordinata quævis affectio, licet parum ſit mala, non eſt tamen parvum malum. 310
Huic multæ conformes aliæ producuntur. 312
*Nec non ad illa, quæ ibidem declarantur:* Cum *venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de Iudicio.* 312
FER. 2. *Apparet quingẽtis Dominus in mõte Galilææ, ubi & apparet Charitas,* Quæ *omnia credit.*
Non eſt priùs intelligendum, ut credas; ſed primo credendũ eſt, ut poſt intelligas. 313
FERIA 3, *De poteſtate, quam ſibi Chriſtus datam dicit, unde eſt illa charitas,* Quæ *omnia ſperat.*
Vera fiducia confidenti nunquam infida.
FERIA 4. *De integra obſervatione mandatorum, quam Chriſtus ſuis commendat, & de illa Charitate, quæ idcirco* omnia *ſuffert & omnia ſuſtinet.* 315
Aut nulla, aut tota eſt Charitas in agendis, ſicut fides in credendis. 318
FERIA 5. *De charitate, quæ non excidit, & quæ apparet in Chriſto remanente nobiſcum, ſicut promiſit:* Ecce *ego vobiſcum ſum.*
Melius erat viam Juſtitiæ non introiſſe, quàm retroiſſe. 321
FERIA 6. *De eadem charitate Chriſti Domini, quâ nobiſcum ſemper manet in SS. Sacramento.*
Quàm glorioſum eſt Sacramento, multa in nos poſſe, ſi velimus: tam ignominioſum eſt pauca poſſe, quod nolimus. 323
SABBATO. *De eadẽ charitate Chriſti, quâ cõſtanter nobiſcũ manet per ſuperiores & directores.*
Quaſi peccatũ ariolãdi eſt repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. 226

---

## *DOMINICA 5. POST PASCHA.* De orationis efficacia, frequentia, & aliis proprietatibus. Si quid *petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.*

Ne dicas te petere in nomine Domini, aut ne dicas te nihil obtinere. 328
Plures huic annectuntur Veritates. 330
*Quàm verè autem unuſquiſque ſibi poſſit illud Chriſti applicare.* Vſque modo non petiſtis quidquam, *patet ex ipſa Oratione Dominica, cuius ſeptem petitionibus cùm ſeptem opponantur vitia, quæ dicuntur Capitalia, niſi ea quiſque reprimat, nihil petit: quod ſic paucis expreſſum fusè declaratur.*
Qui ſibi non contradicit in ſuis malis deſideriis, ſibi contradicit in bonis. 331
*Hac hebdomade, conformes myſterio Aſcenſionis Domini conſiderationes & veritates ex primo capite Actuum Apoſtolorum eruuntur, atque his velut ſtimulis & motivis excitantur corda noſtra, VT QVÆ ſurſum ſunt, quærant & ſapiant, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.*
FERIA 2. IN ROGATIONIBVS. *De primo motivo cæleſtis deſiderii, quod in cœlo nobis promiſſum ſit Regnum Dei, de quo Chriſtus cum diſcipulis loquebatur.*
Quantam in te vim habet deſiderium Regni Cæleſtis, tantam tibi vim facies. 334
*Ad Evangelium de Rogationibus multa proponuntur, quæ ſingulis tridui Feriis poſſint deſervire, & his tribus Evangelicis verbis accommodari,* Petite, *quærite, pulſate.* 336
FERIA 3. *De ſecundo motivo excitandi in cælum deſiderii: quod ibi omnia noſtra deſideria compleantur.*

Qua ratione terrena tantùm & non cæleſtia deſideras, eadem neceſſe eſt, ut cæleſtia tantùm & non terrena deſideres. 337

FERIA 4. QVÆ EST VIGILIA ASCENSIONIS DOMINI. *De tertio motivo deſiderii ſurſum ferendi, quod illuc ſuſpirare nos faciat, qui in nobis habitat, Spiritus ſanctus.*

Lachrymarũ deſcẽſus, aſcẽſus eſt: quo eſt deſcẽſus celerior, eo & aſcẽſus velocior. 340

FERIA 5. ASCENSIO DOMINI. *De quarto motivo cæleſtis deſiderii, quòd Chriſtus in cælum aſcenderit, ibique regnet.*

Nemo veriùs aſcendentis Chriſti Myſterium aſſequitur, quàm qui veriori deſiderio aſcendentem Chriſtum ſequitur. 342

*Huic roboranda veritati ſequens adjungitur.*

Tanti cuiuſque refert ſe à terra retrahere, quanti ad cælum trahi. 344

Referuntur & aliæ multæ conformes, quarum quæ poſtrema eſt, fusè declaratur;

*Ex his Apoſtoli verbis:* Videte *ne recuſetis loquentem.*

Sedentem in cælo Chriſtum, & inde nobis loquentem non audire, periculoſius eſt, quàm dum in terris loqueretur. 346

FERIA 6. *De quinto motivo excitandi in cælum deſiderii, quòd tam juſtè debitum ſit hoc deſiderium, ut injuſti ſimus & indigni cælo conſequendo, niſi cælum deſideremus.*

Sic dignum eſt cælum noſtris deſideriis, ut niſi cælum deſideres, cælo ſis indignus. 350

SABBATO. *De ſexto motivo acuendi in cælum deſiderii: quod inde gaudium ſpirituale redundet.*

Spes cæli, cælum eſt. 352

---

*DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS. Cum venerit paraclitus, &c. De Adventu ſancti ſpiritus, & de adverſis tolerandis multa congeruntur.*

*Explicatur verò latiùs, quæ eſt huius loci maximè propria veritas.*

Vel nulla Chriſti recoletur memoria, vel nulla erit in eius cultu querimonia. 357

*Hac hebdomade, quæ in Actis Apoſtolorum narrantur feciſſe diſcipuli Domini, dum ab eius Aſcenſione ad Pentecoſten expectarent Spiritum ſanctum, referuntur ad ſex virtutes ſeu veritates, quæ nos ad eundem pleniùs recipiendum diſponant.*

FERIA 2. *De continuata per decem dies recollectione Apoſtolorum: Et de noſtra inſtituendâ, ad recipiendum cum eis Spiritum ſanctum.*

Nulli magis neceſſariò ſecedendum, quàm qui minùs neceſſariũ ſibi putat ſeceſsũ. 358

FERIA 3. *De moderanda cura noſtri officii, ad Exemplum principis Apoſtolorum ſancti Petri.*

Sic internis externa ſunt temperanda, ut neutrum eorum importunè, & utrumque opportunè ſibi cedat. 361

FERIA 4. *De perfecta obedientia quam cæteri omnes congregati S. Petro præſtiterunt: & de noſtra reddenda ſuperioribus.*

Qui rationes inquirit obedientiæ, rationem quærit ſuæ inobedientiæ. 364

FERIA 5. *De unanimi conſenſu diſcipulorum in Electione duodecimi Apoſtoli: Et de noſtro ſimiliter procurando.*

Qui ſenſu ſuo privato ſaniorem ſe aliis putat, ſano ſe privat ſenſu. 366

FERIA 6. *De ferventi oratione diſcipulorum: & de noſtra conſimili ad petendum lumẽ in dubiis.*

Erranti in dubiis & non oranti, nulla eſt erroris excuſatio. 368

SABBATO. IN VIGILIA PENTECOSTES. *De perfecta diſcipulorum, & noſtra reſignatione, ad recipiendum Spiritum ſanctum.*

Nemo paratior ad omnia Dei dona recipienda, quàm qui ad nulla ſibi danda, æquè paratus eſt. 370

*Hac ſequenti hebdomada, ſic pergitur in hiſtoria Actuum Apoſtolorum, ut inde diebus ſingulis manifeſtetur unum è ſeptem ſpiritus ſancti donis, cui ſua conformetur veritas.*

## DOMINICA PENTECOSTES. *De miſsione Spiritus ſancti, & de dono Sapientiæ.*

Humana ſapientia ſic divinæ opponitur, ſicut humanæ ſtultitia. 373

*Eodem die, in illud Apoſtoli.* Nolite *contriſtare Spiritum ſanctum Dei.*

Quod nos magis lætificat, hoc magis contriſtat Spiritum ſanctum. 375

*Item. De peccato in Spiritum ſanctum.*

Peccati contra Spiritum ſanctum malignitas ſic eſt ſingularis, ut multis tamen peccatoribus jam ſit communis. 377

Qui peccant in Spiritum ſanctum, vix peccant, quin blaſphement. 381

His adjunguntur alia, quæ generatim ſpectant Spiritum ſanctum. 383

FERIA 2. *De prima prædicatione S. Petri ad Iudæos: & de dono intellectus.*

Quod intellectus confert actioni, hoc actio refert intellectui. 384

FERIA 3. *De primo vivendi genere naſcentis Eccleſiæ, & de dono ſcientiæ.*

Qui eminentior eſt in hac eminenti ſcientia, minùs inter homines eminere cupit. 386

FERIA 4. *De primo miraculo, quod refertur ab Apoſtolis factum, & de dono conſilii.*

Qui cum affectu incompoſito Deum conſulit, non Deum ſed Deo conſulit. 388

Non à Deo conſilium petere, ſed Deo dare velle videtur.

FERIA 5. *De prima perſecutione Apoſtolorum, & de dono fortitudinis.*

Qui non ſatis audet in magnis, nimis audet in parvis. 391

FERIA 6. *De prima oratione publica Eccleſiæ, & de dono pietatis.*

Sicut pietas valet ad omnia, ſic omnia valent ad pietatem. 393

SABBATO. *De prima, quæ refertur in Eccleſia, perpetrata culpa, ſequentique pœna: & de dono timoris.*

Amori potius ab amore timendum eſt, quam à timore. 396

DIE 24. FEBRVARII. *De ſancto Matthia Apoſtolo.*

Sicut in manu Domini, ſors noſtra eſt: ſic in ſorte noſtra manus eſt Domini. 399

DIE 19. MARTII. *De ſancto Ioſepho. In 1. parte.*

DIE 20. MARTII. *De S. Ioachimo Patre B. Virginis.*

Affinitas ſanctitatis cum B. Virgine magis æſtimanda, quam ſanguinis. 401

DIE 21. MARTII. *De S. Benedicto.* Inter *benedictos benedicetur.* Eccl. 24.

Inter benedictos benedicetur, nō cui meliùs omnia, ſed qui ex omnibus melior. 404

DIE 25. MARTII. *In Feſto Annuntiationis B. Mariæ Virginis. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo, &c.*

Sui quiſque cultus ac pietatis in B. Virginem ſæpe fidem facit majorem, in parvis quàm in magnis. 406

*Ave gratia plena.*

Quod cuique magis ex Virgine Matre proponi debet, eſt eius ſanctitas: non quam ſit ſancta, ſed quam tota ſit ſancta. 409

*Ecce concipies in utero, & paries filium.*

Non tam ſibi quam nobis, Chriſtus elegit Matrem. 415

*Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco!*

Fruſtra Beatam Virginem oras, ſi non quæris ſicut illa, quod ignoras. 417

*Quia non erit impoßibile apud Deum omne verbum.*

Qui dicunt ſe non poſſe quod jubentur, non poſſunt id dicere ſine injuria Virginis Matris.

*Ecce ancillæ* Domini, *&c.* 419

Talis ſuperbi faſtus eſt, ut ne quidem Matrem Dei veneretur. 422

*Tunc præcepit & dixit mihi Creator omnium; & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi, in Iacob inhabita.* Eccleſ. 24.

Qui præcepit & dixit B. Virgini, ut inhabitaret in Iacob, tibi ſimul præcepit & dixit, ut quantùm velles illam in te inhabitare, tantùm eſſe velles alter Iacob. 426

DIE 2. APRILIS. *De S. Franciſco de Paulo.*

Hic erit verè maximus, qui verè eſt minimus. 428

DIE 25. APRILIS. *De S. Marco Evangeliſta. Qui ſimilis factus eſt Leoni in operibus ſuis.*

Fortioris eſt animi nō vinci à bonis blādientibus, quā ipſa vincere mala terrentia. 430

DIE 1. MAII. *De ſanctis Philippo & Iacob Apoſtolis.* Tanto *tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me.*

Si tempus reſpicis comparandæ tibi virtutis, vix ullam tibi comparatam reſpicies. 432

DIE 3. MAII. *Inventio ſanctæ Crucis.*

Si quid fortè aſperius inveniatur, de quo conquereris, de inventa cruce conquereris.

Inventæ cruci tantùm quis detrahit, quantùm in pœnis murmurat. 435

*Conſiderationes & Veritates communes omnibus ſtatibus.* Prima conſideratio. *Non ſine Deo ſtatum eſſe deligendum.*

Præcipitatio animi in ſtatu vitæ deligendo, præcipitium eſt animæ. 437

SECVNDA CONSIDERATIO. *De non differenda ſtatus ſeu vocationis cognitæ acceptatione.*

Non evitat præcipitium ſed mutat, qui ne nimis ſit præceps, nimis eſt lentus. 439

TERTIA CONSIDERATIO. *Quo die ſuſcipitur adminiſtratio ſtatus, ut perfectè ſecundum Deum expleatur. Vel, quocunque die de officio ritè adminiſtrando cogitetur.*

Sicut à Domino quærendum eſt officium: ita in officio quærendus eſt Dominus. 442

QVARTA CONSIDERATIO. *De ordinando ſtatu, ſi forte ſit inordinatus.*

Revocanti hominem Deo ab errore viæ ſuæ non obſequi, pejus eſt, quam primò vocantem ne erraret, non ſequi. 444

QVINTA CONSIDERATIO. *Quo die Pontifex conſecratur.*

Dum conſecratur Pontifex, ſic affectus eſſe debet, ut omnes affectus habeat conſecratos. 446

SEXTA CONSIDERATIO. *Quo die ſacri ſuſcipiuntur Ordines.*

In qua ſanctitate Ordinandus debet eſſe, debet Ordinatus ſemper eſſe. 449

SEPTIMA CONSIDERATIO. *Quo die primum celebratur Sacrum.* 451

Sacerdos ſic cum Chriſto ſacrificet, ut ſit ipſe ſicut Chriſtus ſacrificans & ſacrificium.

OCTAVA CONSIDERATIO. *Quo die Religioſus ſumitur habitus.*

Non eſt in novo habitu novum cordis gaudium, ſed in novo corde. 453

DOMINICA